



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XVI. Episcopi Wiennenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](#)

propositura Episcopatus nomine &c permutata & decora-
tum. Cui præpositum de novo subiecit, & huic Berich-
tis dorffensis prædii regij censum præscripsit, & alias ædes
senatoria domui, sive Curia Urbanæ oppositas designa-
væ. Veteris præpositura domo Episcopatus curia constitu-
ta. Reperiq; in utroque munere, ab anno Domini 1482.
hosferre qui sequuntur.

*CATALOGVS EPISCOPORVM
Viennensium.*

Leo à Spaur nobilis loco ortus in comitatu Tyrolensi, à
Friderico Cæsare quem tertium cognominant, Austriæ
Archiducem, viennensis Episcopus constitutus, veteri à
Paulo secundo Pontifice maximo eiusdem Ecclesiæ priu-
legio imperato, anno 1480.

Bernardus, & ipse magno in Austria loco natus Ar-
chiepiscopus primo Saltzburgensis, à Friderico tandem
Cæsare Leoni Vienensis Episcopo suffectus est, an-
no 1485.

Urbanus Agriensis ex Hungaria Episcopus, Matthiæ
Hungariae regis quæstor & aulicus: simul ut rex, expu-
gnata Wienna, rerum cœpisset in Austria potiri, wien-
ensem Episcopatum viuente adhuc Bernardo, à suo re-
governandum accepit.

Ioannes Vespruniensis ante in Hungaria Episcopus, ab
Marthia rege Hungariae & Austriæ possestore, Urbano
substitutus, in Episcopali Cathedra mansit, donec Maximili-
anus Austriam recepisset.

Bernardus Baro à Bolhaym, à Maximiliano Impera-
tore, cum is viennam in fidem recepisset, Vespruniensi
mortuo suffectus est: sed cum sacris non iniciaretur, Epi-
scopatus Vienensis se tantum administratorem scri-
psit.

Georgius à Sclavonia, Maximiliano Cæsari à sacris

concionibus, Bernhardo in Episcopatu Vviennensi sufficiens est.

Petrus Bononius Tergestinus Episcopus, cum mortuus Maximiliano scriniorum magistri munus per Austriam obiret, huius simul Episcopatus Vviennensis administrationem habuit: ut ferunt, adhuc in vivis, Tergesti, muklo senio venerandus.

Ioannes à Revellis, Burgundus, Ferdinando Archiduca Maximiliani Imperatoris ex Philippo filio nepoti, ab ecclesiis, Bononio adhuc viuenti, à Ferdinando in Episcopatu Vviennensi substitutus est, anno Domini 1522. obiit anno 1530.

Ioannes cognomento Fabri, ex Leukhircch, Sueus, Ferdinandi regis Romani à confessione, sacre Theologie doctor, in Vviennensi Episcopatu ab hero suo superiori Ioanni substitutus, anno Domini 1531. obiit anno 1544.

C A T A L O G U S P R A E P O S I T O
rum V viennensium.

Thomás à Cilia Constantiensis præpositus, quo tempore veterem præposituram Fridericus tertius ad Episcopale fastigium extulisset, in noua à se constituta, cathedrali item præpositura, primus ab eodem principe inaugurus est, anno Domini 1480.

Virgilius Cantzler, præpositus Wiennensis in nova præpositura, obiit anno 1503.

Iustus Khasman, præpositus Wiennensis, obiit anno 1510.

Ioannes Buschios Cuspiniani sororius, & Maximiliani Cæsarialis aulicus, & postea præpositus Wiennensis, obiit anno Domini 1517.

Paulus ab Oberstain, I. V. doctor, & Maximiliano Caesaris à secretis, & scriba à latinis, ab eodem principe Ioannis substitutus, cum multis annis præposituram Wiennensem gubernasset. obiit nostra memoria, anno Salatis 1544.

Ioannes